IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh. Seite 188r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Explicit sermo xxx Incipit sermo xxxi.

Pacem Sectamini cum omnibus et sanctimoniam sine
qua nemo uidebit dominum. Plurima quidem sunt. sed for-
mam descriptionemque xpianitatis ostendunt. Sed plus omnibus
ac melius mutuae karitatis affectus. quae hominum corda
consecrat. Propterea etiam xpc dixit. Pacem meam do uobis.
et iterum. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis.
si dilexeritis inuicem. Propterea et paulus apostolus. pacem inquit.
sectamini cum omnibus et sanctimoniam. hoc est honestatem siue
pudiciciam sine qua nemo uidebit dominum contemplantes ne quis
desit gratiae dei. Sic cum eis loquitur tanquam cum his qui cum
innumero comitatu uiatae longa itinera permearunt.
ueluti si diceret. Adtendite uobis. ne quis uestrum re
maneat. Non hoc tantum requirite ut uos soli per
ueniatis sed et ut inspiciatis et ceteros. Ne quis inquit
uestrum desit gratiae dei. Quid dicit gratiam dei. Bona futura
euangelicam fidem. optimam conuersationem. Omnia quippe
dei sunt gratiae. nec mihi dicas quia unus est qui peribit. Et enim xpc et
propter unum mortuus est. Tu ergo neglegis propterque xpc dignatus
est mori. Contemplantes inquit. hoc est. diligenter scru-
tantes. et uisitantes et agnoscentes. sicut fieri solet
infirmis. ne quae radix amaritudinis sursum germin
ans impediat. Hoc in deutronomio scriptum est. Sump
sit aut illud ex arbustae metafora. Ne quae radix inquit
amaritudinis. Quod et aliis scribens dixit. Modicum
fermentum totam massam corumpit. Non propter illud solum